pudicitiā: victoriā reportauit Hester
q̄z pulcrior fcā ieiūio oē genus suū a
psecutione liberauit. ita vt regē sibi fa
ceret esse subiectū. nō libidīs ardore ī
flammatū s̄z celesti miseratione ꝯuersū
vt pena in īpiū retorquet ⁊ honor sa
cris reddētur altaribus Est ergo ieiu
niū reconciliatiōis sacrificiū. v̄tutis
īcrementū. quod fecit etiā feīas fortio
res. Per ieiuniū etiā īpetratur p
fecta intelligentia veritatis. p̄mo q̄dē
in opandis cuiusmodi ē v̄itas dīne le
gis. sicut dicit Amb. vbi supra Moy
ses inquit de ieiunio legē dedit. ip̄mq̄
ieiunātē ñ voces magne nubes tene
brosa et fumigās syna perterruit Ne
q̄ enī introisset in nubē ⁊ vocē dei lo
quentis de medio ignis sine periculo
salutis audisset nisi munitus armis ie
iunij Quadraginta enī diebus ieiuna
uit ī mōte: vt legē acciperet a domīo
deo nr̄o: et in supiorib⁹ q̄dē mōtis lex
dabat moysi ieiunāti. in īferiorib⁹ po
pulo māducāti p̄uaricatio sacrilega ac
cendebatur epulātiū Quo spectaculo
mot⁹ moyses fregit tabulas. īdignū iu
dicans vt ebrio populo lex daret Im
petratur etiā p ieiuniū intelligētia v̄i
tatis in speculādis. iux̄ q̄d dt Hiero.
cōtra iouinianū Daniel atz tres puēi
reuelationē sōnioꝝ ieiunio merēt. pa
stiq̄ legumīb⁹ pulcriores ⁊ prudētio
res īueniūt Eodē q̄z li. helias xl. dieꝝ
ieiunio p̄patus deū vidit ī mōte oreb
audiuitq̄ ab eo. Quid tu hic agis he
lia? Multo familiarior vox ista q̄ illa
in genesi. Vbi es adam: illa enim pa
stum terrebat ⁊ perditum. hec ieiunā
ti famulo blādiebatur Deniq̄ p ie
iuniū adq̄rit ꝯstātia v̄tutis. p̄mū qui
dē ad faciendū ardua iuxta quod Am
bro. vbi supra Magna ē v̄tus ieiunij
Deniq̄ tā speciosa militia ē vt ieiūa
re delcāret ⁊ xp̄m: tā valida vt ad ce
lum hoīes eleuaret Et vt hūanis ma
gis q̄ diuinis vtar exemplis Helias
ieiunio: ore celuz clausit: ieiunus filiū
vidue ab inferis suscitauit. ieiun⁹ plu
uias ore deposuit. ieiunus ignes de
duxit de celo. ieiun⁹ curru ē rapt⁹ ad
celū. ⁊ xl dierū ieiunio diuinā adquisi
uit p̄ntiā. Tc̄ deiq̄ pl⁹ meruit q̄n pl⁹
ieiūauit Quis ex hūana v̄tute igneos
equos ⁊ curr⁹ potuiss̄z ascendere: nisi

qui naturā hūanam corpis. īcorrupti bil' ieiunij ꝟtute manasset? Dat etiaꝫ ꝟtutē supandi aduersa. sic idē Amb. dt ibidē. Est quedā creature natura quā adamantiū vocāt. nullo facil' igne cōsumi q̄ imposita focis ignescit. ilico sublata de flamma tq̄ꝫ aquaꝝ īfusione mūda resplendet. Talia erāt pueroꝝ hebreoꝝ corpa. et de ieiunio ī adamātij trāsformata naturā. vapore ignis non ad dispendiū sui sꝫ ad gr̄am mutabātur. Daniel q̄ꝫ triū hebdomadaꝝ ieiūio leōes edocuit ieiūare missus in lacū: adamātinā soliditatē abstinētie rigore mēbra duratus nō patuit vulnera. Sic eū cōstrīxerāt ieiunia. vt ī eꝰ corpe feraꝝ morsibꝰ locꝰ eē ñ posset. Clausa tenebāt leōes ora q̄ abstinentie ꝓphice scītas cōprimebat: vt ea fere apire nō possent veluti q̄busdā vīcul' alligata. Ex his igit' ꝛ alijs p̄dcīs colligit' ꝙ cū p ieiuniū obtīeat' pfcīo scītatis sapīe et ꝟtutis. p q̄ mēs hūana purgat' illūiat' ꝛ pficitur instar hierarchie celestis ab oībꝰ dꝫ ꝟuari ꝛ appeti: sꝫ maxime ab his q̄ cupiūt eē perfecti. Vñ et hec tria breuiter exp̄mit gregoriana illa p̄fatio q̄ dr ꝙ deꝰ corpali ieiunio vitia cōprimit mentē eleuat virtutē largit' et p̄mia. Et Augꝰ in quodā ꝟmōe Jeiuniū īquit purgat mētē. sbleuat sēsū. carnē spū subijcit cor facit cōtritū et hūiliatū. q̄d deꝰ nō spreuit. cōcupīe nebulas dispgit. libidinū ardores extinguit. castitatis lum̄ accendit. ꝟbositatē nō amat: diuitiaꝝ supfluitates abdicat. supbiā calcat. humilitatē cōmendat. Ambro. etiā vbi sup̄ Jeiuniū continentie magisteriū ē. pudicitie disciplina. hūilitas mētis castigatio carnis. forma sobrietatis. norma ꝟtutis. purificatio aīe. miserationis expēsa. leuitatis īstitutio. castitatis origo. senū gr̄a. custodia iuuētutis. Hec de ieiunij laude diffusiꝰ dixim⁹. vt carnaliter sapiētis hoīs ꝛ ītellectus instruat' ꝛ īflāmetur affcūs q̄tenꝰ suū recognoscēs errorē ī ieiūio fletu et plāctu cōuertat' ad dñꝫ. sr̄ q̄ p̄rimīaꝝ sacrificiū deuote p̄cl. offerimꝰ vt sic de ipsiꝰ sbuersiōe doluimꝰ hactenꝰ ita de cōuersiōe ī posterū gaudeamꝰ.

Tercie respōsiōis

p̄ma pticula septīmq̄ capl'm. ī q̄ volūtaria et pēuriosa paupꝛtas fūdamētū euāgelice pfectiōis astruit'. et q̄ huic videri p̄nt p̄ria dissoluūtur

Christiane religiōis fūdamentū eē xp̄m iesū. sapiens ille architectus apl's paulꝰ ad choꝝ asserit docens. fundamētū aliud poni nō posse p̄ter id q̄d positū ē. q̄d ē xp̄s ihs. Hoc q̄dē ī nr̄o ītellcū collocat' p fidē quā idē apl's dicit ad Heb. rerū spandaꝝ eē substātiā. ī affcū ꝟo p charitatē. de qua idē ad ephesi. scribit in charitate radicati ꝛ fundati. fundamēto ipsam cōpans ꝛ radici. Vt igit' h̄ duo iūgantur ī vnū. xp̄iane religiōis fundamentū et radix ē fides q̄ p charitatē opatur ī fundamento posita neminē pire pmittit. Huic aūt fundamēto siue radici directe aduersat' cupiditas. de q̄ scribit' ad Tim̄. Radix oīm maloꝝ ē cupiditas quā q̄dā appetentes errauerūt a fide. Ex hac nēpe radice cū ānexa sibi supbia vniuersa mala sibi originem fomentū ꝛ incremētū suscipiunt: ꝓpter q̄d ciuitatis babylonice fundamentū ab Augustīo eē perhibetur. Oīm itaq̄ bonoꝝ origo ꝛ noue ciuitatis hierusalē fūdamentuꝫ. et fundator xp̄s ihs. q̄ ī hoc appuit vt diaboli dissoluēt opa. huius cupiditatis oppositū. sūmo debuit affectu cōplecti. exēplo ostendere. et ꝟbo p̄dicare. Et quoniā cupiditatis vitiū et inordinatio radicatur ī affcū mētis. occasio vero et fomentū sumit' a rebus

extra possessis.ꝛō nēe ē q̃ ꝓ ꝓfēa radicē
huiꝰ auulsio vtrūq̃ respiciat .vt aua
ritie rubigīosa affectio .et sbe terrene
illecebrosa possessio tam spūaliter q̃z
corpaliter abdicentur Vnde sup illō
mathei dixit sīmō petrus ad iesū ecce
reliquimus oīa.dicit Bernar. Optīe
et non ad insipientiam tibi Nā⁊ mū
dus transit et concupīa eius. et relin
quere hec magis expedit q̃z ab eis dē
linqui Et hec fugiendaꝝ diuitiaꝝ cā
precipua est.q̃ aut vix aut nunq̃z sine
amore valeant possideri . Si igit̄ ge
mīa hec abdicatio .mūdi.s. et cōcupīe
eius que etiā pauptas spūs dr ipsa ē
qua radix oīz maloꝝ ꝓfecte amputat̄
et babylonis fundamētū euertit̄ : rēa
pōt rōne concludi q̃ ꝓfēionis euan
gelice ꝑ quā xpo cōfiguramur⁊ ꝓplā
tamur et habitaculū eiꝰ efficimur ipa
pauptas spūs.scōm quādā analogiā
et coherentiā ad p̄dēa radix ē et fūda
mentū Propter q̃d et xps cū ad ꝓfe
ctionē discipulos informaret ī mōte
tanq̃z noue hierlīn descendētis de celo
fundamenta ꝓfectionis videlz euāge
lice limina in montib⁹ scis. mōtib⁹.s.
apostolicis collocās.int̄ ceteraꝝ ꝓtu
tū gloriosa p̄conia a scē pauptatis ex
cellētia sūit inuitū d. Bti paupes spū
q̃m ipsoꝝ ē r̄gnū celoꝝ Dehīc ēbuēs
de ꝓfectionis aggressiōe cōsiliū.p̄muz
ad hanc suo inuitat exēplo di. Si vis
ꝓfectus esse vade et vēde oīa que ha
bes et da paupib⁹ et veni sequere me
Quē locū tractās hiero.ad demetria
dem ait Apostolici fastigij ē ꝓfectēq̃z
ꝓtutis oīa vendē et paupibus distri
buē.et sic leuē atq̃z expeditūz cū xpo
ad celestia subuolare. ¶ Cū aūt circa
bonoꝝ tpalium possessionē duo cōsi
derare contingat dñiū.s.⁊vsum.sitq̃z
vl⁹ nēatio ānexꝰ vite pñti.euāgelice
pauptatis ē possessiones ērenas q̃z tū
ad dñium et ꝓprietatē relinquē.vsum
ꝓo nō oīno reijcere sz artare. iuxta il
lud q̃d dicit aplus . Habentes alimē
ta et q̃bꝰ tegamur his cōtēti sīmꝰ Ex
his ꝑt colligi pauptatis euāgelice rō
sez q̃ ipsa sit ꝓtus tpaliū abdicatiua
bonoꝝ:qua quis nil ꝓpriū habēs. su
stentat̄ de non suo Et q̃m dupliciter
contīgit rerū tpaliū abdicare domini
um.duplicit̄ etiā sustētari de non suo
ꝛō pauptatis euāgelice duplex modꝰ
duplexq̃z ꝓfectio Cum enī duplex sit
rerū dominiū.s.priuatū et cōe: vnum
q̃dem spectās ad determīatā personā
alterū vero ad determīnatū collegiū:
et primū abdicari possit retēto scōo:
possit etiā scōm abdicari cū p̄mo .du
plex erit scōm hūc duplicē modū pau
pertatis ꝓfecta ꝓfessio vna videlz q̃
quis tēporaliū oīz p̄uato seu persona
li abdicato dominio:sustentat̄ de non
suo.i.non sibi ꝓprio .coī tamē iure cū
alijs participato⁊ simul possesso:alia
vero q̃ q̃s oīm reruz abdicato domi
nio tam in ꝓprio q̃z in cōi.sustentatur
de non suo.i.non sibi ꝓprio sed alieno
pie tamen et iuste ab alio sibi ꝓ susten
tatiōe collato Pria pauperatis fo
ma p̄cessit in turba credentiū: de qua
in actibus dr Multitudinis credētiū
erat cor vnum et aīa vna : nec quisq̃z
coꝝ q̃ possidebat aliquid suū esse dice
bat.sz erant illis oīa coīa Quē scriptu
re locum tractans Hierony.ad deme
triadem dicit Apostolorum quando
domī nr̄i ihu xpi calebat cruor ⁊ fer
uebat rēcēs ī credētib⁹ fides .vende
bāt oēs possessiōes suas⁊ precia coꝝ
ad apostoloꝝ ꝓijciebāt pedes vt oī
derēt pecunias esse calcandas⁊ daba
tur singulis ꝓut opus erat Hic etiā
tradita forma monastice seu cenobiti
ce vite.iuxta q̃d glo.bede dicit ibidē
q̃ita viuunt vt sint eis oīa commūia
ideo cenobite vocantur que vita tan
to felicior ē quāto statū futuri seculi

imitatur vbi sunt oīa coīa. Scde āt
paupertatis exēplar et forma ī vita pre
cessit apostoloꝝ. quā pfectionis mgr̄
xpūs eisdem instituit qn̄ ipsos ad pre
dicandū misit. sicut legitur in matheo
Nolite inquit possidere aurū neq; ar
gentū neq; pecuniā in zonis vestris.
nō perā ī via neq; duas tunicas. neq;
calciamēta neq; v̄gā. Dign⁹ ē eī opa
ri⁹ cibo suo. Ubi glo. Prope modū
nēcaria vite āputat. ne vel curent de
crastino q̄ docent oīa regi a deo. nec
ipa necessaria nec sellariu secū vehāt
nihil p̄ter vestimētū nec etiā mīma.
In his igitur verbis dn̄s aplis ⁊ p̄di
catorib⁹ v̄itatis extreme ac pēuriose
paupertatis formā ꝑuandā imponit. q̄ꝫ
tum ad carentiā nō solū possessionuꝫ
ꝫ etiā pecuniaꝝ ⁊ alioꝝ mobiliū q̄b⁹
sustētari vel cōmūiri solet coīs hoīm
vita et tanq̄ veri paupes in sūma re
rū ꝯstituti penuria carerēt. pecuniis
alimenta non ferrent. simplici vestitu
contenti eēnt. et sine calciamentis īce
derēt. vt sic paupertatem altissimā actu
et habitu quasi q̄ddaꝫ pfectionis insi
gne preferrent. Hanc paupertatis nor
mā tq̄ꝫ spēali p̄rogatiua pfectā ⁊ xp̄s
in seipo ꝑuauit: et apostolis ꝑuandaꝫ
instituit. et his q̄ eoꝝ cupiūt imitari
vestigia cōsulēdo suasit. Qui enī xp̄us
illā ꝑuauerit oñt Chryꝑ. sup Math.
ome. xxij. Ne possideant inquit aurū
neq; argentū neq; perā in via. Quia
eī p opa oñdit ea tūc iā p legislatiōeꝫ
q̄ est a verbis. validiorē inducit qn̄ ⁊
facile susceptibilis ꝑmo fcūs ē opib⁹
suis pri⁹ certificat. Ubi igitur oñt p
opa? Audi eū dicentē Fili⁹ hoīs non
habet vbi caput suū reclinet Neq; in
hoc sufficit solo. ꝫ discipulis tribuit
hāc apodixiꝫ Nec v̄ba Chrysostomi
Glo. etiā sup illud Math. Vulpes
foueas hn̄t ꝛc. Quid me ꝓpter lucra se
culi vis sequi. cū ita sim paup vt nec
hospiciolū qd̄ meū sit habeā? Qsi for
te quis dicit xp̄m non ꝓpriū habuisse
hospitiū ꝫ cōe. obuiat idē ī ꝑmōe de
ꝓditione iude Quos inq̄t preciosoꝝ
marmoꝝ pōpa delectat. cognoscant
xp̄m oīm dn̄ꝫ. q̄ locū in quo caput re
clinaret non habuit. et iō discipuli ip
sum interrogant ⁊ dicūt Ubi vis pa
rem⁹ cōedere pascha. Sed si xp̄s ha
buisset domiciliū cōe illud discipuli n̄
ignorassent Sed etiā xp̄s loco nō ca
ruisset in quo caput reclinaret ⁊ pa
scha cōederet Colligitur ergo ex in
terrogatione discipuloꝝ et hospicij ī
certitudine: q̄ xp̄us domiciliū nō ha
buit nec ꝓpriū nec cōmune Artissimā
quoq; dn̄i paupertatē declarās Hie
ro. ad nepotianū ait. Turpe ē an̄ fo
res sacerdotis dn̄i crucifixi et paupe
ris q̄ cibo q̄ꝫ vescebatur alieno. licto
res consulū et milites excubare Fuit
itaq; xp̄us tq̄ꝫ vere pauperrim⁹ alie
no cibo sustentatus Hoc ip̄m Ber. ī
quodā ꝑmone sr̄ illud luce. cū factus
eēt ihūs annoꝝ xij. aperti⁹ dicit. Ut
te dn̄e per oīa nostre paupertati ꝯfor
mares: q̄si vn⁹ in turba pauperuꝫ sti
pē per hostia mēdicabas Quis dabit
me buccellaꝝ illaꝝ m̄dicataꝝ partici
pem fieri. et illi⁹ edulij reliquijs sagi
nari? Ancelm⁹ etiā in li. de sacramen
tis Pauper ita fuit xp̄us. vt veniēs
in mūdū nō ī sua ꝫ ī aliena domo na
sceretur. et nat⁹ ꝓpter inopiā loci ī p̄
sepio brutorum aīalium poneretur ⁊
viuēs in mūdo haberet vbi caput su
um reclinaret nec moriēs vnde nudi
tatē suā tegeret: nec mortuus vnde ī
uolueretur nec sepulchrū aut locum
vbi corpus mortuū locaret Ex his
colligitur q̄ xp̄us pauper fuit ī vite
ꝓgressu pauper in termino Sane vt
hanc paupertatem amabilē redderet
mundo pauperrimam matrem elegit
paupertatis defectus voluntarie per

tulit. et vt pauper et inops discalciatus incessit. De paupertate namque matris ipsius dicit Beda super marcum exponens euangelicum illud. si quis mihi ministrat me sequatur. Considerem⁹ inquit quia via gradit. vt sequi mereamur. Ecce cum dominus sit et creator angelorum et susceptur⁹ naturam nostram quam condidit in vterum virginis venit. nasci tamen in hoc mundo per diuites noluit parentes pauperes elegit. Vnde et agn⁹ qui pro illo offerretur defuit columbarum pullos et par. turturum ad sacrificium mater inuenit. His concordat Chrys. super mat. ome. viij. Pariens quidem filium virgo confesti illum declinauit: quia mulier conuenientibus propter descriptionem non erat domum inuenire. Sed quid fuit quod suasit magos adorare? Nihil enim sensibilium magnum erat illic: sed presepe et tugurium et mater pauper: vt nudam magorum videas philosophiam. Idem quoque in omel. epiphanie de magis loquens sic dicit. Viderunt pandochium tenebrosum et sordidum: magis animalibus quam hominibus aptum: in quo nemo erat contentus secedere nisi itineris necessitate coactus. matremque eius vix tunicam habentem vnam: non ad ornatum corporis: sed ad tegumentum nuditatis proficientem. Quod autem pauperrime vixerit. super illud Math. circumspectis omnibus glosa declarat dicens. Circumspectis omnibus: si quis eum hospitio susciperet. Tante enim paupertatis fuit: et ita nulli adulatus: vt Beda in originali dicit. Intelligendum est quod tante paupertatis dominus fuit vt vrbe maxima nullum hospitem nullam mansionem inueniret. sed in agro paruulo apud lazarum sororesque eius habitaret. Constans est igitur quod xpus non solum hospitio: sed et precio quo illud emeret caruit. dum necessitate compulsus de vrbe exiuit: illo videlicet die quo eandem vrbem tanquam rex asello vectus intrauit. Hoc ipsum et glosa super illud Joh. venit princeps mundi huius et in me non habet quicquam expressius asserit. Noluit dominus habere quod perderet. pauper erat: ne diabolus haberet quod auferret. Sed omne temporale siue commune siue proprium et auferri potest et perdi. Tandem vt pauper discalciatus incessit. Juxta quod Hiero. ad custochium scribens ait. Discipuli sine calciamentorum onere et vinculis pellium ad predicationem noui euangelij destinantur et milites vestimentis iesu sorte diuisis caligas non habebat quas tollerent. Nec enim habere poterat dominus: quod prohibuerat in seruis. Calciamentis igitur xpus vt pauperrimus caruit: vestimentis vero necessarijs carere non potuit. volens tamen summe paupertatis nuditate vitam concludere: nudus elegit in cruce pendere. Quia vero magister et dominus xpus non propter se sed nostri causam paupertatem suscepit: vt perfectionem nobis exemplo monstraret. ideo sacris apostolis tamquam sue sanctitatis imitatoribus perfectis hanc extreme paupertatis formam seruandam instituit. sicut legitur in Matheo: Marco: et Luca. Quod quamquam ex ipso textu sit certum et euidens. ad omnem tamen dubietatis scrupulum amouendum sanctorum auctoritatibus confirmetur. Nam super illud math. Nolite possidere aurum etc. dicit Chry. Multa per hoc vnum emendabat. primum quidem non suspectos faciens apostolos. secundo autem ab omni eos eruens solicitudine: vt vacationem omnem tribuant sermoni. tertio docens eos suam virtutem: hoc nempe eis et postea dicit. Nunquid aliquid defuit vobis: quando misi vos nudos et discalceatos sine sacculo? Et infra Orbi terrarum doctores erat missurus propter quod et angelos eos ex hominibus vt ita dicam constituit ab omni absoluens vite huius solicitudine. Et post Intende qualiter ab omni eos denudans: omnia eis dedit. permittens in domibus eorum qui docent manere et nihil habentes introire. Si autem in aliena patria existentes et apud ignotos abeuntes: nihil amplius oportet petere quotidiano cibo: multo magis domi manentes. Hucusque chry. Idem quoque omel.

vltima sup matth. Si bonū esset aurū hīe:hoc vtiq; dedisset aplis xpus:q̄ iek fabilia eis tribuit dona.nūc aūt nō solū nō dedit:sz eē hīre phibuit. Vbiq; petr⁹ nō solū nō verecūdat:sz eē decorat in pauptate dicēs. Argētū ⁊ aurū nō est mihi: Sup pfatuz eē matth. locū. Raban⁹ in originali sic dicē Cōsequent hoc pcepit euāgelisatoribus veritatis:q̄b⁹ aūt dixēat:gratis accepistis gratis date. Si ei sic prēdicāt vt pcium nō accipiāt.supflua auri ⁊ argēti numoz q̄ possessio. Nā si habuissent aurū vl argētū viderenē nō cā hoīm salutis:sz lucri cā predicare. Idēq; sb iūgit. Qui diuitias detrūcauerat ꝓpe modū nēaria vite āputat .vt aplī doctores vere religiōis q̄ docebant oīa gubernari ꝓuidentia diuina se ipsos oñderēt nihil de crastino Ex hoc precepto arguit phos q̄ vulgo appellant batroperite q̄ ꝓtemptores seculi existentes ⁊ oīa p nihilo ducētes cellarium secū vehāt Idis eē beda sup Marcū ꝓsonat dicēs. Precepit eis ne q̄d tollerēt in via nisi virgā tm̄. Tāta ī q̄t pdicatori dz eē fiducia in deo. vt p sentis vite sumpt⁹ q̄ quis nō ꝓuideat tm̄ sibi eos nō desse certissime sciat ne dū mens ei⁹ occupat ad tpalia:minus alijs ꝓuideat ekna. Idē paulo p⁹ sb dit Illa aplis loq̄bat vt securi nō possiderēt nec portarēt huic vite nēaria nec magna nec minima.ideo posuit nisi virgā.ostendēs a fidelib⁹ oīa deberi ministris suis nulla supflua q̄renti b⁹ Idis pcordat Ambro.sup illud Luce.nihil tuleritis in via:nec virgā nec perā:nec panē nec pecuniā. Qualis debeat esse q̄ euāgelisat regnū dei preceptis euangelicis designat. vt sine virga:sine pera:sine calciamento id ē subsidij secularis adminiculū nō req̄rens fidei q̄ tot⁹ putet sibi q̄ min⁹ ea req̄rit magis posse suppetē. Ad q̄d eē facit q̄d ab eodē dr̄ sup illud luce. nolite portare neq̄ perā. Si phibemur possidere aurū q̄d eripe . Petr⁹ aplis pm⁹ dñice executor sine oñdēs nō in vacuū effusa dñi mādata.cuz poscerēt a pauper vt ei pecunie aliq̄d largirēt ait:argentū atq̄ aurū nō hēo.nō tam in hoc gloriat petr⁹:q̄ aurū ⁊ argētū nō hēat:q̄ q̄ seruet dñi mādatū q̄ pcepit:nolite possidere aurū. Hoc ē dicere. Elides me xpi discipulū et aurū a me req̄ris? Illud nobis multo preciosi⁹ auro donauit Idis verbis ambrosij Aug⁹ pcordat in li.de mirabili b⁹ sacre scripture:sic dicens. In excusatione elyne et pauptatis pfessione petr⁹ paralytico dixit surge ⁊ ambula illud magri preceptum seruās:nolite possidere aurū neq̄ argētū. Qui enz de iniq̄ mamona expedit⁹ fuerat.verbo imperij morbo ligatuz cito soluebat Hoc ipsū Bernar. ad eugenū in libro ij.pfirmat. Nec locus inq̄t ocio vbi sedula viget solicitudo oīm eccārum. Nam quid aliud dimisit tibi sanct⁹ aplis. Q̄d hēo inquit hoc tibi do. Quid illud? vnū scio neq̄ auruz neq̄ argentū cū ipse dicat. Argentū ⁊ aurū nō est mihi. Et infra. Esto vt alia q̄ cūq̄ rōne hec tibi vendices .sed non apostolico iure . Nec enim ille tibi dare potuit q̄d nō habuit Id ipsum Hiero.ad Ebidiā dicē expressi⁹ Aplī toto orbe terrar peregrini non es in zona nō virgā in manu: non caligas habuē in pedib⁹ Chryso.tādē de laudib⁹ pauli Paul⁹ inq̄t: pecuniam nō possedit.naz ipse hoc testat Elsq̄z in hanc inq̄t horā et esurim⁹ ⁊ sitim⁹:et nudi sum⁹ ⁊ colaphis cedimur Et q̄d dico pecuniā.cū ille nēariū sepe non habēt cibū nec q̄ se circūdaret idumē tū? Ex his oīb⁹ aperte colligitur prescriptā pauptatis formā q̄ nihil possidet et in sūma rerū penuria viuitur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aplis fuisse preceptā et ab eisdem ser
uatā Qr āt ipsoꝝ imo xpi vestigia seq
volētib⁹ ꝯsulat ab ipso. apte clarescit
ex ꝯsilio qd dedit adolescēti. sicut le
git in Math. Si vis pfect⁹ eē vade
ꝛ vēde oīa q possides ꝛ da paupib⁹.
et veni sequē me. Qd exponēs raba
nus ait. In ptāte nr̄a est vtrū velim⁹
eē pfecti. tn̄ qcūqꝫ pfect⁹ eē voluerit
debꝫ vendē q hꝫ. et nō ex parte ven
dere: sic ananias et saphira. sꝫ totuꝫ. ꝛ
sic preparare sibi thesauruꝫ in regno
celoꝝ. Nec hoc ad pfectionez sufficit
nisi saluatorē sequat. ꝯstat q xp̄s i sū
ma rerū penuria vixit. Idē paulo po
steri⁹. Int pecunias habē: ꝛ pecūias
amare: nō nulla distātia est. Multi em̄
hn̄tes nō amāt: multi nō hn̄tes amāt
Itē alij ꝛ hn̄t ꝛ amāt. alij nec habere
nec amare se diuitias seculi gaudent.
q̄rū tutior stat⁹ est cū aplo dicētium.
Nobis crucifix⁹ est mūd⁹: ꝛ nos mū
do. In his Raban⁹ expresse insinuat
op⁹ pfectōis esse magis qꝫ securuꝫ et
xp̄o crucifixo ꝯforme. in carētia rerū
et pecuniarū viuē in extrema paupta
te. Hoc ip̄m ꝛ aplus ad Corin. psua
det. Scitis inquit gr̄am dn̄i nr̄i iesu
xp̄i qm̄ ꝓpt nos egen⁹ fact⁹ est cuꝫ di
ues essꝫ. vt illi⁹ inopia vos diuites es
setis. Et in hoc cōsiliū do. Super q̄
Aug⁹. in originali Fact⁹ ē inqt egen⁹
in tātū vt nō hr̄et qd hn̄t vulpes Et
in hoc ꝯsiliū do. subaudit vt ei⁹ pau
pertatē imitemini. Idē q̄ꝫ i li°. de bo
no ꝯiugali. Nō iō malū est iustuꝫ aut
ꝓpham in domo sua suscipere. qr nec
domū hr̄e debꝫ: vt qd meli⁹ est faciat
q vult ad pfectū xp̄m seq In q̄ Aug.
apte declarat q alieno suscipi tecto ei
maxime ꝯpetit q pfecte xp̄m imitari
cupit Huic ꝯsonat qd dicit Chryso.
sup ioh. omel. xix. Oīa agam⁹ p q chri
stū imitemur. Quid igit xp̄s ait? Vul
pes foueas habēt ꝛ volucres celi ni

dos. fili⁹ āt hoīs nō hꝫ vbi caput re
clinet. Idez sup Math. omel. ix. Si
ab honore qdē q in īferiorib⁹ est pala
cijs pecunie expulerint ꝯtēptibiles
erūt. celoꝝ āt rege p singules dies cla
mante ꝛ dicēte. qr difficile ē cum illis
celū intrare nō ꝓijciem⁹ oīa ꝛ nō de
sistem⁹ ab oīb⁹ reb⁹: vt cū libera facie
regnū ingrediamur? His concordat
Hiero. ad eliodoꝝ Nolo te hui⁹ pere
grinatōis t̄reat difficultas. q in xp̄m
credis ꝛ ei⁹ crede sermonib⁹. Primū
q̄rite regnū dei: ꝛ hec oīa adijciētur
vobis Nō pera tibi sumēda. nō vir
ga: afatin diues est q cū xp̄o paup est.
Idē ad Rusticū mōachū Si habes
sb̄am vende ꝛ da paupib⁹: si non hēs
grandi onē liberat⁹ es: nudū xp̄m nu
dus seq̄re Duꝝ: grāde: difficile. sꝫ ma
gna sunt premia Cōstat āt q duritia
et difficultas nō est: cū ꝓprietas rerū
ꝯtēnit nisi penuria comitet. Ad hoc
ipsū spectat qd dicit Greg. nazāzen⁹ i
apologia sua li. ij. Sꝫ pauptatē inqt
et penuriā exprobrabūt Iste sūt diui
tie mee: ista me nō solū gloriantē: sed
etiā arrogantē facit. Videor ei mihi
hoc audire ab inimicis: qr vestigijs il
li⁹ incedā: q ꝓpter nos paup fact⁹ est
cū diues essꝫ: atqꝫ vtinaꝫ exuere pos
sem me istis pāniculis qb⁹ circūdari
videor vt nud⁹ effugerē spinas seculi
q retinent ꝛ reuocāt pgentes ad deū
Hec sanctus His consonat qd dicit
Bernar. Habet in euāgelio ꝛ pfectio
nis ꝯsiliū ꝛ remediū infirmitatis No
lite thesaurisare vobis thesauros in
terra Hec perfectio est Si qdē fili⁹
hoīs vbi caput reclinaret nō hēbat:
petro et iohi: nec argentū nec aurum
erat: paul⁹ simplici victu ꝛ vestitu ꝯtē
t⁹ erat: hoc ipse labore manuū adqui
rebat Sꝫ nō oēs capiūt hoc: sic nec
cōsiliū castitatis. Hucusqꝫ bernard⁹
Gennadi⁹ q̄ꝫ de ecc̄iasticis dogmati

bus.bonū est inq̄t facultates cū dispē
satōe pauꝑib⁹ erogare.sz meli⁹ est pro
ītentōe seruiendi deū simul donare et
absolutū solicitudine egē cū xp̄o. Sz
q̄ hz vnū.s.in cōi:nō ꝓpe dicit egē.nā
de illis q̄b⁹ erāt oīa coīa in actib⁹ dr̄.
nec erat q̄sq̄ egens int̄ eos. Postre-
mo vt clare nobis īnotescat q̄ sit ab-
renūtiatiōis forma ꝑfectior.attenden
dū est qd̄ dicit beda sup illd̄ Mar.re-
lictis oīb⁹ secut⁹ est eū. Perfectā no
bis abrenūtiatōis formā tribuit dū n̄
solū lucra reliq̄t vectigaliū:sz ⁊ ꝑicu
la ꝯtēpsit. Tāta eī cupiditate seq̄ndi
dn̄m duct⁹ est:vt nullo ꝓrsus hui⁹ vi
te respectu vel cogitatōez sibimet re
seruauerit. Per hec sacroꝝ doctorū
testimonia tā manifesta q̄ certa.⁊ alia
plurima(q̄ cā breuitatis vitande rese
cent̄ ad pn̄s)irrefragabili p̄t rōne cō
cludi:q̄ xp̄m ⁊ aplos imitari nō solū
q̄ ad abdicatōez ꝓprietatū.verūetiaz
q̄ ad extremā tꝑaliū reꝝ penuriā que
ꝯsistit ī carētia possessionū ⁊ pecunia
rū.nō solū est licitū: sz et laudabile et
ꝑfectū. Nō tn̄ ex hoc debz vel p̄t īfer
ri q̄ abdicatis reꝝ ꝓpetatib⁹ possidē
aliq̄d in cōi sit īperfcm.qꝛ sicut perfcē
castitatis diuersi sunt modi q̄rū vari
is p̄rogatiuis scā mat̄ ecc̄a tāq̄ orna
mentoꝝ varietate decorat̄.sic ⁊ ī mo
dis ꝑfecte paupertatis intelligenduz
est q̄nq̄ nō sit per oīa sile hincinde si
cut diligent̄ ꝯsideranti est euidens

Scda pars vij.ca

His āt nō obstat p̄allegatoruz
vita scōꝝ q̄ cōia possederūt:
q̄i nō debuerūt alit̄ docere q̄
viuē.qꝛ mos ec̄ solz pijs doctoribus
vt eas virtutū p̄rogatiuas q̄b⁹ carere
se vidēt in alijs mirent̄ ⁊ predicent.
sicut Hiēo.ad palmachiū scribēs.vir
ginitatē inq̄t ī celū fero:nō qꝛ hēo:sz
qꝛ magis miror q̄ non habeo. Inge
nua eī et verecunda ꝯfessio est:q̄ ipse
careas in alijs predicare. Nunq̄d qꝛ
graui corpore terre hereo auiū nō mi
ror volat⁹? Hec hiero. Cui ec̄ Chry.
ꝯsonat omel.viij.sup Math.q̄ egypti
os monachos laudās ait. Nūc veni
ens in heremū egypti:paradiso banc
meliorē videbis effectā. Et eī ē vidē
vbiq̄ regiōis illi⁹ xp̄i exercituz ⁊ re-
galem gregez:⁊ superioꝝ virtutū vr
banitatē.existentia eī oīa exuti ⁊ mun
do oīo crucifixi. Et vltra :rurs⁹ ꝓce
dūt corporis operatōe ad indigentiā
cibū sumentes. Neq̄ q̄m ieiunant et
vigilāt vacare per diē dignū estimāt
sed noctes q̄dem sacris hymnis ⁊ vi
gilijs:dies in oīonib⁹:et manuū opa-
tiōib⁹ ꝯsumūt:aplicū imitātes zelum
Verecūdemur igit̄ oēs et diuites et
inopes:cū illi nil penitus hn̄tes nisi
corp⁹ ⁊ man⁹ suas cogūt ⁊ litigēt īpen
sas hinc indigentib⁹ īuenire :nos aūt
decē milib⁹ int⁹ recōditis:neq̄ super
flua ad hoc tāgim⁹. Hec Chryso.q̄ vt
doctor scūs et verax q̄si ad sui et alio
rū sibi siliū verecūdiam: paupertatis
excellentiā in monachis egypti ꝯmen
dat. Simile per oīa sacer dicit ambro
si⁹ omel.xvi.super genesim: xp̄us ait
dn̄s nr̄ sacerdotib⁹ quid precepit au
diam⁹. Qui nō renūciauerit oīb⁹ que
possidet:nō potest me⁹ esse discipul⁹.
Cōtremisco hec dicens. Meus enim
p̄mo omniū:me⁹ inq̄m ipse accusator
existo:meas ꝯdemnationes loq̄r. Ne
gat xp̄s suū esse discipulū quē viderit
aliquid possidentē.et cū qui non renū
ciat omnibus q̄ possidet. Et quid agi
mus?q̄uo hoc aut ipsi legim⁹:aut apo
stolis exponimus: qui nō solū nō re-
nunciam⁹ his q̄ possidem⁹:sed adq̄rē
volumus ea que nunq̄ habuim⁹ aūq̄
veniremus ad xp̄m? Nunquid nā qꝛ
nos redarguit ꝯscientia legere:nō ꝓ-
ferre que sunt possum⁹? Nolo dupli

cati criminis eē reꝰ. ꝯfiteor ⁊ palā au
diente ꝓplo ꝯfiteor hec scripta eē. etiā
si nondū īplesse me noui. Sed ex hoc
saltim ꝯmoniti festinemꝰ īplē: festine-
nemꝰ trāsire a sacerdotibꝰ pharaonis
qbꝰ t̄rena possessio est. ad sacerdotes
dñi qbꝰ in t̄ra pars nō est: qbꝰ portio
dñs est. Talis eī erat ille qui dicebat
Tāq̄ egētes mltos āt locupletātes
vt nihil hñtes ⁊ oīa possidētes. Pau
lꝰ hic ē q̄ i talibꝰ gloriat̄. His sacri do
ctoris veracibꝰ ⁊ humilibꝰ verbis: ni
hil exp̄ssiꝰ ad ꝓpositū dici p̄t. Et btūs
papa Greg. iij. dialogoꝝ viri mirabil
Isaac vitā describēs ait. Seruꝰ om̄i-
potētis dñi egressus vrbē nō longe
desertū locū repperit. ibi q̄ sibi hūile
habitaculuz ꝯstruxit. ad qd̄ dū multi
ꝑgerēt exēplo illius et ne vite deside
rio accēdi ceperūt. atq̄ sub eiꝰ magi
sterio in oīpotētis dñi se seruitiū de-
derūt. Cūq̄ ei crebro discipuli īnnue
rent vt ꝑ vsu monasterij possessiōes
q̄ offerebant̄ accipet. vt solicitus sue
pauꝑtatis custos fortē sn̄iam tenebat
dicēs. Monachꝰ q̄ in t̄ra possessionē
q̄rit monachꝰ nō est. Sicq̄ metuebat
pauꝑtatis sue securitatez perdē. sicut
auari solent diuites perituras diuiti-
as custodire. Hec greg. Qui cuz mo
nachꝰ et ipse in monasterio qd̄ posses
siombꝰ dotauerat vitā duxissz. cōmu
nes tñ possessiōes recusantē mirat̄ et
laudat: Ac ꝑ hoc impie p̄sūptōis eē
ꝯuincit̄ virtutē nō habitā spernere.
vt qꝛ docentis vita extreme pauꝑta
ti nō ꝑ oīa ꝯsonat ipsiꝰ doctrina pau
perū ꝑfectiōi repugnando ꝯtradicat.
Neq̄q̄ igit̄ a p̄dictis discordat illud
Augꝰ. verbū: q̄ ꝯtra adamātiū mani-
cheū p̄fatū de pauꝑtatis forma man
datū datū apl̄is: dicit sp̄ualit̄ esse per
scrutādū. vl̄ vt alibi dic̄ ꝑmissiue ītel
ligēdū. Nā cū Mar. dicat exp̄sse q̄ p̄
cepit eis ne q̄d tollerent in via. ⁊ ipe
cū alijs expositoribꝰ: sicut ex p̄missis
claret: intelligendū ad lr̄am docet. si
hoc simplicit̄ alibi negaret. ⁊ euāgeli
ce veritati ⁊ scōꝝ alioꝝ doctrine sunt
ac sue aꝑte ꝯtradiceret siue ꝯtrairet.
qd̄ de tāto dici doctore pie catholico-
rū aures abhorrent. Attēdendū est
ergo q̄ cū apl̄i fuerint p̄mi fūdatores
religiōis xp̄iane et ꝓfessores ꝑfectio-
nis excelse. ꝓfessores inq̄ et sicut pri
uate ꝑsone ⁊ sicut exēplaria q̄dā. pre
dicta domini verba intelligē. possumꝰ
eis esse dicta tanq̄ fūdatoribus xp̄ia-
ne religionis. ⁊ sic intelligunt̄ extēdi
ad oēs. sed non oēs xp̄iani artant̄ vt
hanc vite regulam teneāt: sicut mani
chei falso dogmatisant. ideo ꝯtra ipos
loquēs hereticoꝝ malleꝰ Augꝰ. oñt:
q̄ hec verba sp̄ualit̄ intelligenda sūt:
si sic accipiant̄ tāq̄ oībus sint p̄cepta
Possumꝰ etiā intelligē predicta ver
ba dicta fuisse apl̄is tq̄z exēplaribus.
ꝑfectōis. ⁊ sic intelligunt̄ ꝑ modū con
silij. qd̄ de se non obligat: nisi eos qui
hāc viuēdi formā volūtarie ꝓfitent̄ ⁊
fouēt. Intelligere possumꝰ insuꝑ dc̄a
fuisse apostolis sicut certis ꝑsonis p̄-
mis: qꝛ predicatoribꝰ euāgelice legis.
et sic cū duo insinnāt̄ in verbis illis
scz abdicatio tꝑaliū ⁊ receptio stipen
dioꝝ. p̄mū intelligit̄ fuisse preceptum
sicut dicit textꝰ ⁊ glo. Vñ Beda Mis
sis ad predicandū discipulis ne quid
tollerent in via precepit. Scd̄m aūt
nō fuisse preceptum sed cōcessuz siue
ꝑmissuz. Vñ glosa suꝑ illud Luce in
eadez domo manete ꝛc. q̄ saccū ⁊ perā
ꝓhibuit. sumptꝰ ex predicatione con
cedit. Et Rabanꝰ super Math. Cla
ret aūt hoc dñm non ita precepisse tā
q̄ euangeliste viuē aliunde nō debe
ant q̄ eis prebentibus: qbꝰ annūciāt
euāgeliū. alioq̄n ꝯtra hoc preceptum
fecit apl̄us: q̄ victuz de manuū suarū
laboribus trāsigebat. sed potestatem

dedisse in q̄ scirēt ista sibi dari. Si ātē
ptās dat. licz cuiq̄ nō vti ⁊ tanq̄z de
iure suo cedere. Nec raban⁹. Ex his
colligit manifeste q̄ predicta dñi ver
ba iuxta ꝓsideratiōes p̄missas ītelligi
p̄nt: ⁊ spūalit ⁊ ad lītam. vt ꝓsulta et
vt precepta ⁊ p̄missa: propter q̄d oīs
ꝓtrarietatis calumnia de medio tolli
tur si multiformis hui⁹ acceptionis
intelligentia sane capiat. His etiā nō
obsistit illd̄ Hiero. ad nepotianū. vbi
dicit q̄ viuens de decimis et altaris
oblatione sustentat⁹ nudam crucem:
nudus sequit: tanq̄z pfecte paupt̄atis
summa ꝓsistat in viuendo de decimis
⁊ oblatōib⁹: sicut sacerdotes ⁊ clerici
viuūt. Est ēm multiplex grad⁹ ⁊ dīa
nuditatis. Alia q̄dem est cordis Alia
cordis ⁊ corporis. Nuditas cordis ē
p expoliationem spūs ab omni puer-
so affectu auaritie ⁊ cupiditatis. Et d̄
hac Grego. in omel. Nudi cuz nudo
luctari debemus. quia si vestit⁹ q̄sq̄z
cū nudo luctatur citi⁹ ad terrā deijcit
q̄ habz vnde teneat. hoc quidē intel
ligitur generalit dictū o mnib⁹ xpianis
Nuditas aūt corporis ⁊ cordis tripli
cē habet gradū. nā quedā est magna:
q̄ attendit in abiectiōe omnis supflui
tatis ⁊ proprietatis possessionis. et
hec q̄nq̄z nō sit de nēcitate: est tm̄ de cō
gruentia status ordinis clericalis. Et
de hac Hiero. ad nepotianū. Si aūt
ego pars dñi sum et funiculus here-
tatis ei⁹. nec accipio partē inter cete
ras trib⁹. sed quasi leuita ⁊ sacerdos
viuo de decimis: ⁊ altari deseruiens:
altaris oblatione sustentor. Habens
victū et vestitū his ptentus ero ⁊ nu
dam crucem nudus sequar. Est ⁊ alia
nuditas maior que nō solum ꝓsistit in
his: verūtiā in abdicatione potesta-
tis possidendi ꝓprium: ⁊ abnegatiōe
proprie voluntatis. et hec ꝓpetit re-
gularib⁹ et cenobitis. De qua Hiero.
ad Eliodor. Nolo pstinarū necessita
tinū recorderis nudos amat herem⁹
Nudos intelligit non soluz a faculta
tū appropriatione. verūtiā a ꝓpria vo
luntate. iuxta illud Ber. de colloquio
simonis et iesu. Age ergo ⁊ q̄ relinq̄-
re omnia disponis te quoq̄z inter re-
linquenda numerare memento. īmo
vero maxime ⁊ p̄ncipaliter abnega te
met ipm: si deliberas sequi ipm q̄ ex-
inaniuit propter te semet ipm. Est ⁊
tertia nuditas q̄ ꝓsistit in his q̄ pre-
dicta sunt: et insup in abdicatione om
nis transitorie facultatis cū penuria
et indigentia oportune sustentatiōis.
et hec ꝓpetit apostolis ⁊ apostolicis
viris. Et de hac sup illud Math. qui
potū dederit vni ex minimis istis ca
licem aq̄ frigide tm̄ in nomine discipu
li nō pdet mercedē suam. glō. minimi
sunt q̄ nihil penit⁹ hūt in hoc mundo
Tales fuerūt apli. vñ Hiero. ad Ex
uperantiū ait Nemo apostolis pau-
perior fuit: et nemo tantū p dño de-
reliquit Vlidua illa in euangelio pau
pcula que duo minuta misit in gazo
phylatiū cūctis pfertur diuitibus. q̄
totū q̄d habuit dedit Nec hierony.
Si igit hec vidua iuxta testimoniuz
dñi totuz dando: nihil sibi reseruauit
in extrema se nuditate constituit. Ad
hanc nuditatez aspirabat illa nobilis
vidua paula. de q̄ Hieroñ. in laudem
ipi⁹ Hoc habuit voti vt mendicans
ipa moreret ⁊ vnū numū nō dimitte
ret filie: et in funere suo aliena syndo-
ne inuoluerēt Eiusdē quoq̄z felicē de
scribens obitū ait Testis est iesus ne
vnū quidem numū ab ea derelictum
Quid hac virtute mirabili⁹ feminam
nobilissime familie magnis q̄ndā opi
bus tanta fide omnia vel dilargitam
vt ad egestatem vltimā pueniret Ja
ctent alij pecunias in corbanā funali
bus q̄z aureis dona pendentia: neme

plus dedit pauperibus q̃ qui sibi nihil
reliqt. Hec Hiero. Qui ad hanc nu
ditatē tanq̃ summe pfectaꝫ hortatur
ebidiā in epl'a: quā ad eā scribens ait.
Vis esse pfecta ⁊ in primo stare fasti
gio dignitatis: fac qd̄ fecerūt apl'i: vē
de omnia q̄ habes et da pauperib⁹ et se
quere saluatorē. et nudā solā q̃ crucē
nuda seq̄ris ⁊ sola. In his manifesti⁹
asserit: q̄ ea paupꝛtas ad pfectiōis at
tingit fastigiū: q̄ q̄s expressius ⁊ ꝯfor
mi⁹ nuditatē crucis amplectit̄ ⁊ nu
dū crucifixū imitat̄. Illud aūt Greg.
verbū quo dicit cēsum nō esse in cul
pa: sed affectū. neq̄q̃ est p̄missis ꝯtra
riū si recte intelligat̄. Si q̄s enī hoc
sētiat q̄ cēsus in culpa sit causalit̄ vl'
formalit̄: cum manicheo errat. et hoc
Greg. reprobat. Si q̄s aūt intelligat
censum eē culpe occasionē. a snīa ve
ritatis nō deuiat. cū ⁊ ipsa veritas di
cat in Marco. Quā difficile q̄ pecuni
as hn̄t in regnū dei introibūt Nullo
enī mō pecuniā īpedimentū difficulta
tis dei regnū intrare volētib⁹ p̄stat:
nisi q̄ vel est occasio inclinatiōis ad
malū: vel distractionis a bono. Hoc
scōꝝ testimonijs clare mōstrat̄. Q̄ eī
diuitie habentib⁹ ip̄as occasio sint cu
piditatis. ī li°. de officijs. dicit ambro.
Feralis inq̄t auaricia illecebrosa pe
cunia. que habentes cōtaminat: non
habentes nō iuuat. Esto tn̄ vt aliq̄n
iuuet pecunia inferiorē ⁊ ip̄m deside
rantē q̄d ⁊ alios si sit ille copiosior q̄
habꝫ: nunq̄d idcirco honestior: q̄ hꝫ
quo plerūq̃ honestas amittitur? Cui
Bernard⁹ ꝯcordat de colloq̄o simōis
et iesu Hec fugiendaꝝ diuitiaꝝ preci
pua cā est. q̄ vix aut nūq̃ sine amore
valeāt possideri. Limosa siq̄dē et glu
tinosa nimis non solūmodo exterior:
verūetiā interior nr̄a sb̄a videt̄: ⁊ fa
cile cor humanū omnib⁹ q̄ frequētat
adheret. His ꝯsonat Aug⁹. sup̄ p̄s.
c. xxij. dicēs Nō sunt iste vere diuitie
sed mendicitas. q̄ q̄nto magis abun
dant: tāto magis crescit inopia auari
cie Nō sunt vere diuitie q̄ pl⁹ augēt
cupiditatē ei q̄ eas possidet Q̄ āt sint
occasio vanitatis ⁊ sup̄bie Aug⁹. de
lapsu mūdi. In diuitijs nil tā cauen
dū est q̃ sup̄bie morbus. Qui enī nō
habꝫ diuitias: non habꝫ amplissimas
facultates: nō habet vnde se extollat
Idez de verbis dn̄i Nihil est qd̄ sic
generēt diuitie q̄uo sup̄biā. omne gra
nū: omne germen habꝫ vermē suum.
vermis diuitiarū sup̄bia est. Q̄ vero
sint occasio distractiōis: manifeste in
sinuat Greg. p̄mo moral'. Solet inq̄t
rerū abūdātia tantū a timore diuino
mentē soluere: q̄nto hāc exigit diuer
sa cogitare Nā dū foris p̄ multa spar
git̄: stare in intimis fixa prohibetur.
Idē in ome. sup̄ illud luce. exijt q̄ se
minat ꝛc. Si nos inquit vobis semen
verbū: agrū mūdum: volucres demo
nia: spinas diuitias significare dicere
mus. ad credenū nobis mens vestra
forsitan dubitaret Vn̄ et idez dn̄s p̄
semet ip̄m est dignat⁹ exponere q̄ dice
bat. Quis enī vnq̃ mihi credēt si spi
nas diuitias interpretari voluissem:
maxime cū ille pūgant iste delectent?
et tn̄ spine sunt. q̄ cogitationū suarū
pūctionib⁹ mentē lacerāt: et cuꝫ vsq̃
ad pctm̄ p̄trahunt: q̄si inflicto vulnē
cruentant Si quis igit̄ premissa dili
gent̄ attendat: indubitant̄ aduertet
q̄ q̃uis census formaliter seu causali
ter nō sit in culpa. est tn̄ frequēs occa
sio culpe distrahendo a bonis ⁊ incli
nando ad mala. Propter qd̄ opes a
saluatore spinis ꝯparant̄. ⁊ ab ambro
sio illecebrose dicunt̄ Nā sicut ex pre
missis apparet cū vim rōnalem distra
hant irascibilē extollāt: ⁊ cōcupiscibi
lē nostrā illiciāt. nō solū āt illecebris
sed et periculis plene. vn̄ Aug⁹ de la

psu mūdi Diuitie ipe q̄s putatis ple
nas esse delitiaꝝ: pleniores sūt pericu
loꝝ. Cū itaq̄ ꝑfectiōis sit nō solum
pctā vitare. verūetiaꝫ pctōꝝ occasio
nes et bonorū impedimēta ad plenū
succindere. dicente Grego. in moral.
ꝙ sol⁹ ille in illicita nō cadit qui se a li
citis caute restringit: liq̄do claret: ꝙ
q̄uis possessiones ⁊ pecunias habere
de se non sit pctm̄ sed licitū. est tn̄ eas
abdicare ⁊ volūtarie ꝓ xp̄o eis care
re ꝑfectuꝫ. Q̄ si forte quis dicat occa
sionē hmōi a tꝑalibus reb⁹ imꝑfectis
dari mentib⁹ non ꝑfectis. quasi magis
ꝯpetat statui imperfectorum diuitias
fugere eis q̄ carere: vite iesu xp̄i ei⁹
q̄ doctrine aduersatur aperte Neq̄
enī ꝑm hec ꝑfectissimus debuissꝫ xp̄s
carere diuitijs. neq̄ hoc docuissꝫ ꝑfe
ctos: cū tamen dixerit: si vis ꝑfectus
esse: vade et vende omnia q̄ habes ꝛc
Nunq̄d apostoli ꝑfecti non erant: q̄
bus dictū est. nolite possidere aurum?
Qd̄ verbū tractans Ambro. in libro
de officijs ait. Nolite possidere aurū
argentū neq̄ pecuniā: quā velut falce
pullulantē in pectorib⁹ humanis suc
cidit auariciaꝫ Sup̄ eūdeꝫ q̄ꝫ sermo
nem Chryso. omel. xxxi. Nō dixit no
lite accipere vobiscū auruꝫ aliū
de possibile est accipere: fugite ꝑnicio
sam hanc egritudinē Etem̄ multa ꝑ
hoc emendabat Ex his datur intelli
gi ꝙ propter vitandā occasionē aua
ricie fuit apostolis īterdicta pecunia:
cū tamen essent ꝑfecti. Verū quidem
est ꝙ census ꝑfectis non tā vehemēs
nec tantorū est peccatorum occasio. sꝫ
quia q̄ntūlibꝫ parua intellect⁹ distra
ctio vel illectio appetitus vitiosa mē
tibus ꝑfectorum ad eterna suspensis
magis est dissona q̄ꝫ longe maior im
perfectis circa filioꝝ educationem et
curam rei familiaris occupatis. hinc
est ꝙ ꝑfecta tꝑalium rerū abdicatio ꝑ
fectis ꝯsulit̄: non imperfectis: nisi ve
lint esse ꝑfecti. Nā cū ipsis imꝑfectis
sufficiat pctā maiora vitare ꝑ manda
toꝝ obseruātiā. ꝑfectis tn̄ ꝯpetit etiā
suꝑfluas cogitatōes a mente rescinde
re. sicut ⁊ Grego. ij. moral. docꝫ spūa
liter exēplificās nazareoꝝ ritū ꝑfecti
onis q̄ figurā. Deuotiōe inq̄t cōple
ta caput nazare⁹ radere: capillos q̄ ī
igne sacrificij ponē iubet̄. ꝙ tunc ad ꝑ
fectiōis summā ꝑtingim⁹: cū sic exte
riora vitia vincim⁹: vt etiā cogitatio
ones suꝑfluas a mēte resecem⁹ Quas
nimiꝝ igne sacrificij ꝯcremare est: flā
ma diuini amoris incendere: vt totuꝫ
cor in dei amore ardeat ⁊ cogitatōes
suꝑfluas ꝯcremans quasi nazarei ca
pillos deuotionis perfectiōe ꝯsumat
Illa quoq̄ ꝓmissio centupli p̄deter
minatis non obuiat: qm̄ ad spūalia bo
na refertur. Sicut dicit Hieroñ. sup̄
Math. et etiā Raban⁹ q̄si eisdeꝫ ver
bis vtentes. Occasione inquiūt hui⁹
sn̄ie q̄dam introducūt mille annos p⁹
resurrectiōem dicentes nobis tūc cen
tupluꝫ omniū rerū: q̄s dimisim⁹ in vi
tā eternā esse reddendū. nō intelligē
tes: ꝙ si ī ceteris digna sit retributio
in vxoribus appareat turpitudo. vt q̄
vnā ꝓ dn̄o dimiserit: centū accipiat ī
futuro. Sēsus igit̄ iste est: vt q̄ carna
lia ꝓ saluatore dimiserit: spūalia reci
piet: q̄ ꝯparatōe ⁊ merito sui ita erūt
quasi paruo numero centenari⁹ nume
rus ꝯparet̄. Cui etiā ꝯsonat Grego.
super ezechielē omel. vi. Neq̄ enim
scūs vir ideo terrena deserit: vt hec
possidere in hoc mundo multiplicius
possit. sꝫ per centenariū numeꝝ perfe
ctio designat̄. ꝙ q̄squis pro dei noīe
tꝑalia ꝯtemnit: hic perfectiōeꝫ mētis
recipit: qd̄ dedit q̄ perfectionis spūm
recipiens terrenis non indiget: etsi h̄

non habet Vucusqz grego. Vis ꝓsen
tit bernar. in sermōe illo de sancto pe
tro. dixit simon petr⁹ ad iesum dicēs
Quid est centuplum istud fratres: ni
si consolationes: visitationes:: ꝑmitte
qz spiritus qui super mel dulcior est?
Et post pauca Non est pater aut ma
ter: non dom⁹ aut ager est: non cibus
aut vestis: non denicqz terrenū aliqd
aut corporale: sed plane his omnibus
est delectabilius. super omnia hec dul
cius: vniuersis his iocundius est. et
quecunqz desiderantur in hoc seculo
necqz huic nō valent ꝓparari ꝛc Ⴊ Ne
si forte quis ꝑtinaciter obsistat tam ꝑ
textum Marci: qz per Aug⁹. ꝑtra ada
mātium asserēs bona tpalia repromis
sa fuisse a xpo. Respondebimus pro
missionis: donationis: et receptionis
hmōi debere intelligi per modū cha
ritatiue cōionis: non per modum pos
sessiōis. Vnde beda super illud Mar
ci. nemo est qui reliquerit domum ꝛc.
quia nimirum a fratribus atqz consor
tibus propositi sui qui ei spūali gluti
no colligantur: multo gratiorem etiā
in hac vita recipiet charitatem. Cui
consonat et glosa ibidem. Omnes san
cti et quecunqz habent cōicant ei Et
Aug⁹ ꝑtra adamantium Fideli tot⁹
mundus diuitiarū est. Vel certe intel
ligendum est per modum cuiusdaz ce
lestis prouisionis contra manicheos.
qui dicebant hec temporalia bona a
tenebrarum principe fuisse creata: et
ab illo solo repromitti ⁊ dari: a xpo ātē
inhiberi Ideo hic promittūtur a do
mino ad hereticorum confutandaz ꝑ
fidiam: et a cordibus fidelium diffidē
tiam omnem tollendam Vnde super
illud Math. hec omnia adijciētur vo
bis. glosa. Omnia sunt filiorum: ⁊ ideo
hec omnia adijcientur etiam non que
rentibus: quibus si subtrahantur ad
probationem est: si dentur ad gratiaꝝ
actionem. Et Aug⁹. super illud Jo
hānis vado piscari Cur non inuenit
aliud vnde viueret. cum dominus ꝓ
miserit dicens. Primum querite re
gnum dei: et hec omnia adijcientur
vobis? Prorsus dominus etiam sic
quod promisit impleuit Nam quis
alius pisces qui caperētur apposuit?
Constat igitur promissionem huius
modi per modum prouisionis debe
re intelligi: ad tollendum differentiā
non per moduz augmentationis tem
poralis substantie. quia hoc non esset
cupiditatem abscindere: sed augere.
Vnde Chrysostomus super Math.
omelia quadragesimatertia. Nihil ita
sedat cupiditatis sitim: sicut desistere
a lucrandi concupiscentia: sicut ama
ram choleram abstinentia et euacua
tio. Facilius est enim hominem exi
stentem volare: qz adiectione pluris
quiescere facere desiderium. Et Au
gustinus libro octuagintatrium que
stionum. Charitatis venenū est spes
adipiscendorum temporalium. Si er
go christus multiplicationem tempo
ralium per modum possessionis disci
pulis suis promitteret. charitatem in
eis perimeret potius qz augeret. dum
possessionis terrene centuplicatione
promissa temporalium bonorum af
fluentiam sperandam docet potius
qz spernendam: quod impium est sen
tire de christi doctrina. Modus etiaz
apostolice vite predeterminatis non
aduersatur sed consonat. Quamuis
enim legatur in actibus ꝙ multitudi
ni credentium erant omnia cōia ⁊ ꝙ
venditarū rerum precia ponebantur
ad pedes apostolorū. nequaqz est ītel
ligendū ꝙ apostoli ꝓprīū aliquid vel
ꝓmune possiderent. qz cōitas illa non
refertur ad apostolos sed ad turbam

sicut glō. ibidē insinuat Discernit in-
q̄t ordinē doctoꝝ ⁊ auditoꝝ Nā mul
titudo credentiū reb⁹ spretis copula
charitatis inuicē iūgebant̄. apl̄i vero
virtute fulgētes mysteria xp̄i pande
bāt Hec glo. Que ꝑ ip̄m textū decla
rat: ꝙ sicut illa rerū cōitas erat turba
rū: sic ⁊ signoꝝ virt⁹ erat apostoloꝝ
Nec huic repugnat qd̄ sequit̄ añ ip̄o
rū pedes p̄cia fuisse posita. q̄r vt dic̄
Hierony. ad Demetriadē: hoc fiebat
vt docerēt pecunias esse calcādas: vl̄
certe: vt se ac sua apostolice dispositi-
oni ꝯmitterēt: sicut docꝫ Ambro. sup̄
epl̄am scd̄aꝫ ad Coriñ. vbi de aposto
lis dicit Quātū ad p̄ñtem vitā ꝑtinet
pauꝑes videbant̄. sꝫ sp̄ūales diuitias
credentib⁹ largiebant̄. egeni ī terris: ī
celis diuites: vt nihil habentes: om̄ia
aūt possidentes Hoc em̄ fuit in apo-
stolis gloriosum: vt sine solicitudine
et nomine possidendi: nō solū ea q̄ in
possessionib⁹ erāt: sed eoꝝ dn̄os possi
derent Hec Ambro. In q̄b⁹ insinuat
ꝙ apostolis in sua egestate manētib⁹
eoꝝ dispositōi q̄ ad res ⁊ ꝑsonas pri
mitiua illa ecc̄a suberat. hāc tñ rerum
dispositiōeꝫ maluerūt ꝯmittē alijs. si-
cut in actib⁹ ꝯsequent̄ legit̄ Non est
equū nos relinquere verbū dei: ⁊ mi
nistrare mensis Qd̄ q̄dē dixerunt vt
distractōeꝫ ministrādi refugerēt. non
q̄r ꝑ illud ministeriū aliq̄d possiderēt
Vñ ⁊ petr⁹ in eadē vrbe: vbi hec fie
bant pauꝑi elemosynā a se petenti re-
spōdit: aurū ⁊ argentum nō est mihi.
Vbi glo. Memor illi⁹ p̄cepti. nolite
possidere aurū neq̄ argentū: pecuniā
q̄ ad pedes apl̄oꝝ ponebat̄: nō sibi re
cōdebat. sed ad vsus pauperuꝫ q̄ sua
patrimonia reliq̄rant Hāc etiam for
mā pauꝑtatis ⁊ Joh̄es euāgelista ser
uauit cū discipulis suis: inter q̄s duo
bus q̄ magnas reliq̄rant opes ꝓ ni-
mia egestate tentatis: sicut scribit̄ in
eius legenda: ait Nūquid non valet
man⁹ dn̄i vt faciat seruos suos diuiti
is affluentes? Sed in hoc certamen
statuit aīaꝝ: vt sciant se eternas habi
turos diuitias: q̄ ꝓ eius noīe tꝑales
opes habere noluerūt. Eādē pauꝑta
tis districtōeꝫ Thade⁹ seruauit apo
stol⁹. sicut scribit̄ in p̄mo li. ecc̄ astice
